

**De iusticia beneficiā a liberalitate. Ca. 28.**

**I**usticia igitur ad societatem generis hu-  
mani et ad civitatem refertur. Societas e-  
nim ratio dividit in partes duas. iusticia et  
beneficiā. quam eandem liberalitatem et benigni-  
tatem vocant. Iusticia michi excelsior videtur.  
liberalitas gravior. Illa censuram tenet ista boni-  
tatem. Sed primum ipsum quod putant philoso-  
phi iusticie munus. apud nos excluditur. dicunt  
enim illi eam primam esse iusticie formam ut ne-  
minis quis noceat nisi laesisset iniuria. Quod eu-  
gelij auctoritate vacuat. vult enim scriptura ut  
sit in nobis spiritus filij hominis. qui venit conferre  
gratiam. non inferre iniuriam. Deinde formam iusti-  
cie putaverunt. ut quis civitas id est publica pro pu-  
blicis habeat privata pro suis. Ne hoc quidem  
secundum naturam. Natura enim omnia omnibus  
in commune profudit. Sic enim deus generari ius-  
sit omnia ut pastus omnibus communis esset. et  
terra ergo foret omnium quedam civitas possessio.  
Natura igitur ius commune generavit. Vsurpatione  
Ius fecit privatam. Quo in loco aiunt placuisse  
Stoicis. que in terris signantur. omnia ad usum  
hominis creati. homines autem hominum cau-  
sa esse generatos ut ipsi inter se alijs alij prodes-  
se possint. Unde hoc michi de scripturis nostris  
dicendum assumpserunt. Moyses enim scripsit